



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

251. An ex adoptione imperfecta oriatur impedimentum cognationis  
legalis? Et notatur, quod licet adoptio dirimat in linea recta usque ad  
quartum gradum descendantium, non tamen ascendentium? Et an ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

# Tractatus Sextus

490

ligi de matrimonio nondam consummato, sed solum de sponsalibus de futuro: impedimentum vero ex matrimonio rato oriri iuxta dispositionem antiquorum Canonum.

3. Ex dictis pater, hoc impedimentum publice honestatis non contrahi ab infidelibus. Vnde, si quis sponsalia in infidelitate cum aliqua contraxisset, eaque obiisse ante matrimonium consummatum, conversus posset eius sororem in uxorem accipere.] Hucusque Praepositus, cuius sententiam tenet etiam Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 70. n. 13.

4. Verum contra sententiae adharet Pontius de matr. lib. 7. c. 35. ad fin. & Hurt. 4. i. 21. diff. 2. n. 7. Quia matrimonium clandestinum non est nullum absolutè ex defectu consensus; ille vero solum potest dici non esse legitimus; quia est inter personas inhabiles ex lege, & statuto Concilij Trident. ob defectum solemnitatis praesentiae Parochi, & testium. Vnde non est nullum matrimonium ex defectu censensus, sed ex defectu legitimacionis. Sicut ob eandem rationem oritur tale impedimentum ex matrimonio nullo ex defectu aetatis, quia non est nullum ex defectu consensus; sicut est matrimonium factum ex metu, aut errore personae, aut in furia, in quo deficit omnino consensus planè voluntarius, ac liber. Et ideo hanc sententiam contra Sanchez, & Praepositum, tenet etiam nouissime Castrus Palauus 10. 5. diff. 4. p. 6. 10. n. 3. vbi ita assertit: [Non videtur audiendus Sanchez, asserens, ex matrimonio rato celebrato abf. Parochio, vel testibus nullum impedimentum nasci; quia neque specie haber contractus. Quippe praedictus contrae nullus non est ex defectu consensus, sed ex defectu solemnitatis à Concilio requisita. At textus in cap. vi. de sponsalibus in 6. decidit, in sponsalibus, vel matrimonio nullis ex quacumque causa præter defectum consensus, hoc impedimentum publice honestatis oritur: ergo ex predicto contractu nullo, necessario oritur. Referuntque Farinacius, Barbosa, & Rebellius decimum fuisse à Sacra Congregatione in haec verba: Praeposita declaratione per Constitutionem Pj V. super hoc Decreto (scilicet fess. 24. c. 3.) censuit Congregatio oriri impedimentum publice honestatis ex sponsalibus per verba de presenti etiam nulliter contractis, omissa forma Decreti Concilij, fess. 24. c. 1. & constat ex cap. Ad audiencem de sponsalib. vbi existente matrimonio nullo ob impedimentum consanguinitatis, oritur publica honestas.] Ita ille: cui addo doctum, & amicissimum Patrem Martinum Perez de matr. disp. 32. fess. 3. n. 3.

## RESOL. CCL.

An cognitio legalis orta ex adoptione imperfecta dirimat matrimonium?

Et supponitur duplicem esse adoptionem, una est perfecta, & altera imperfecta?

Et notatur ex adoptione imperfecta neque oriri impedimentum impediens? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 120.

Sup. hoc recitante in §. 1. Ref. not. scq.

§. 1. Suppono duplicem esse adoptionem; una est perfecta, quæ arrogatio dicitur, qua adoptatus transit in potestatem adoptantis, & sit heres illius necessarius, etiæ ex testamento, & tamen sit auctoritate supremi Principis. Altera est imperfecta, seu simplex, quæ nomen adoptionis retinet, qua adoptatus non transit in potestatem adoptantis, quia per eam assumitur in filium ille, qui est sub potestate sui patris carnalis, & non est heres necessarius ex testamento, sed tantum ab intestato, & fieri potest auctoritate magistratus inferioris Princeps.

Sup. hoc in Ref. seq. a §. 2.

Hoc supposito affirmatiæ respondet Toletus lib. 7. c. 4. n. 7. Hurtad. disp. 19. diff. 2. n. 3. Villalobos in sum. 10. 1. tr. 14. diff. 8. n. 8. Pontius lib. 7. c. 41. R. 1. finit. Rebellius

lius Pontius de matr. lib. 7. c. 41. n. 2. Villalobos in sum. 10. 1. tr. 14. diff. 10. n. 8. Rebellius part. 1. di. 3. de mar. 9. 7. concl. 1. n. 5. Praepositus in 3. part. D. Thom. qu. 7. de impediment. matrim. dub. 13. nn. 109. Galpar Hurtado de matr. disp. 19. diff. 2. n. 3. & alij penes ipsos, quia iura, quibus ex adoptione inducitur cognitio legalis dimens matrimonium, loquantur de adoptione absolutorie & absque distinctione aliqua; sed adoptio imperfecta quamvis sit imperfecta, est tamen absolute & vera & propriæ adoptio ergo dicta iura non sunt restringenda ad cognitionem legalem ex adoptione perfecta. Hæc opinio est probabilis.

2. Sed contrarie tanquam probabilior adhuc, quam tuctur Coninch de Sacram in 3. part. D. Thom. qu. 7. diff. 13. dub. 2. n. 44. Sanch. de matr. lib. 7. diff. 62. n. 8. Meratus in fin. D. Thom. to. 3. de matr. diff. 9. sect. 10. n. 8. Ludowicus de San Iuan in summ. de sacram. matr. qu. 6. art. 11. dub. 2. concl. 4. Petrus de Ochagavia de Sac. tr. 1. de impati. matrim. qu. 5. 8. n. 5. Sylvius in 3. part. D. Thom. qu. 6. art. 2. Filiuclius 10. 1. tr. 10. part. 1. o. 9. n. 139. Layman li. 5. tr. 10. part. 4. c. 7. n. 3. Tannerus in 3. part. D. Thom. diffus. 8. qu. 4. dub. 4. n. 74. Et ratio est, quia cum matrimonium sit res favorabilis, iura illud dirimunt adoptionem restringi debent ab perfectam. Deinde cognitio legalis impedit matrimonium, quia filius adoptivus debet habitare in domo adoptantis; sed hoc non est necessarium nisi sit adoptione perfecta ex ea sola oritur istud impedimentum; hanc autem esse mentem D. Thom. in 3. part. 9. q. 7. art. 2. pater tum ex corpore articuli, tu ex responsione ad 1. q. 4. art. 3. vbi solu loquitur de adoptione perfecta. Ne obstat quod Canones loquuntur indistincte, ipsa enim Canonum ratio quam assignat D. Thom. scilicet quod filius adoptatus converteretur in domo adoptantis, sed filius naturalis, id est que facilis patet locis concupiscentia, si adoptione non esset impedimentum dirimens, clare ostendit dictos Canones esse intelligendos de adoptione perfecta.

3. Non definire etiam hic obiter adnotare Ochagaviam, Tannerum & alios penes ipsum probabiliter docere ex adoptione imperfecta, neque oriri impedimentum impediens, licet Ludowicus de San Iuan & alii etiam Doctores probabiliter contrarium assertant.

## RESOL. CCL.

An ex adoptione imperfecta oriatur impedimentum cognitionis legalis?

Et notatur, quod licet adoptione dirimat in linea nata, usque ad quartum gradum descendendum, naturam ascendendum?

Et an post Concilium Tridentinum hoc impedimentum solum dirimat usque ad secundum gradum inclusum est? Ex part. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 53. alias 54.

§. 1. Notandum, adoptionem duplicem esse: Alia enim est perfecta, quæ arrogatio dicitur, etiam potest potest, quæ adoptatus transiret in potestatem adoptantis, id est, quæ arrogari non potest, qui sui iuris non est, sive haeres necessarius adoptantis, etiam ex testamento, & tantum sit auctoritate supremi Principis: Altera est imperfecta, seu simplex, quæ adoptatus non transiret in potestatem adoptantis, quia per eam assumitur in filium ille, qui est sub potestate sui patris carnalis, & non est eius heres necessarius ex testamento, sed tantum ab intestato, & fieri potest auctoritate Magistratus inferioris Princeps.

2. Hoc supposito affirmatiæ respondet Toletus lib. 7. c. 4. n. 7. Hurtad. disp. 19. diff. 2. n. 3. Villalobos in sum. 10. 1. tr. 14. diff. 8. n. 8. Pontius lib. 7. c. 41. R. 1. finit. Rebellius

medio eius Rebellius lib. 3. q. 7. n. 15. Castrus Palauus tom. 6. disp. 4. §. 1. à vers. punct. 9. n. 9. & alij penes ipsos. Et ratio est: quia licet adopcio, ex qua adoptatus non transit in potestatem, & familiam adoptantis, vocetur imperfecta, id est, minus perfecta, quam arrogatio; attamen in se vere, propria, & perfecta adoptio est, sicutque communiter appellatur, ut colligatur ex §. *Adoptione. In istis de adoptionib. &c. l. Adoptione, si de rite nuptiarum.* At textus ex iure canonico, in quibus cognatio legalis impedimentum affertur, de adoptione absolute loquuntur, ut videre est in cap. *Ita diligere c. Per adoptionem 30. q. 3. & cap. vnioco, de cognat. legali:* ergo absque fundamento firmo restringitur cognatio legalis, ut solum procedat in arrogatione. Lex namque absolute loquens, absolute intelligenda est; nec distinctionibus eius efficacia minuenda, ut inquit textus in l. *Non distinguemus. 8. curu similib. ff. de recept. arbitri.*

3. Verum negantem sententiam fatis etiam probabilem esse existimo, quā tuerit Sanchez lib. 7. disp. 63. n. 9. Coninch disp. 32. n. 44. Ochagaviaq. 5. 8. Layman lib. 5. tr. 1. part. 4. c. 7. n. 3. Percez de matr. disp. 30. sct. 2. num. 6. & 7. quibus omnibus addē Texedam tom. 2. lib. 4. tr. 2. contr. 21. n. 14. Ratio est: quia adoptio ista imperfecta, est dispositio quædā ad perfectam adoptionem, vt bene D. Thomas in 4. disp. 42. art. 1. ad 2. ergo ex illa non nascitur hæc cognatio. Probo consequentiā: quia cum huiusmodi impedimentum aduersetur matrimonio, restringendū est vt solum ex adoptione perfectioriatur. Accedit etiam quia, ut dictum est, per imperfectam adoptionem non transi persona adoptata in potestatem adoptantis, nec succedit in eius bona; immo nec persona adoptans tenetur ei quotam aliquam bonorum partem in testamento relinquere.

4. Nec obstat dicere, adoptionem imperfectam esse viam, & dispositionem ad perfectam, sicut & Catechismus ad Baptismum: ergo, sicut per Baptismi Catechismum contrahitur cognatio quædam spiritualis imperfecta, quæ solum impedit matrimonium, vt cōstatex cap. *Per Catechismum de cognat. spirit. in 6. & per prædictam adoptionem imperfectam.* Nam respondet, esse disparem rationem: quia in Catechismo est expressus textus id decidens, non vero in adoptione imperfecta. Nec potest ex rationis similitudine induci matrimonij impedimentum: alias ester quoque dicendum, ex solo exorcismo orihi quoque impedimentum impediens, eo quod sit dispositio ad Baptismum. Displcit verò mihi id, quod asserit Texeda, hanc opinionem esse omnino veram: nam affirmatum existimo probabilem, & inter Iuristas, ut obseruat Villalobos, magis receptam.

5. Notandum est etiam hic, quod licet secundum communem sententiam, adoptio dirimatur in linea recta, vsque ad quartum gradum descendentium; id est, inter adoptantem, & adoptatam, eiusque adoptatae posteros vsque ad quartum gradum; non tamen ascendit: nihilominus nouissimum Lessius in 3. par. *D. Thom. ca. 10. de Sacram. matrim. dub. 9. n. 17. 6. existimat, probabile esse, post Concilium Tridentinum hoc impedimentum solum dimittere usque ad secundum gradum inclusum, sicut cognatio spiritualis.* Ita quidā Doctores Salmantenses, & Henrici l. 2. de mair. c. 12. Quod confirmatur: quia, si cognatio spiritualis, quæ maius est vinculum, & insolubilis, dirimit solum usque ad secundum gradum; cur non idem dici queat de cognitione legali, quæ similis est cognitioni spirituali? præfertim cum non habeamus Canonem, quo contrarium exprimitur.

### RESOL. CCLII.

*An inter filios adoptinos possit esse matrimonium, &c.*

non obstat impedimentum cognationis legalis? Et adhucrum impedimentum cognationis legalis non procedere inter adoptuum, & filiam naturalem adoptantis, si sit illegitima? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 121.

§. 1. **D**e hoc casu interrogatus fui à Serenissimo Principe Philiberto, & eius Confessarius Mag. Dominicus de los Reys negatiū respondit, & adducebat Petrum Ledesmam de matrim. q. 5. 7. art. 3. cui ego addebam Petrum Ochagauiam de Sacr. tr. 3. de impedim. matrim. quæf. 58. n. 11. & Ludouicum de San Juan in sum. tom. 1. de sacram. matrim. qu. 6. art. 11. dub. 5. & nouissimè hanc negatiū sententiam ex Theologis Societ. Iesu tenet Ludouicus Meratius in sum. D. Thom. tom. 3. tr. de matrim. di p. 9. sct. 10. n. 3.

2. Sed ego tunc affirmatiū sententiam consului, quā tuerit Rebellius part. 2. lib. 3. quæf. 7. con. cl. 3. num. 12. Hurtado de matrim. disp. 19. diff. 1. num. 3. Præpos. n. 3. part. 9. 7. de impedim. matr. dub. 13. n. 11. Sanchez de matrim. lib. 7. cap. 41. n. 4. & alij penes ipsos. Dicendum est igitur inter filios legales nullum esse impedimentum cognationis legalis, cum nullo iure statutur, eto certi possit ex conniuclu aliquo & periculū incontinentiæ; tamē cum raro plures adoptari soleant, & ius de eo sileat, non licet extenderet, cum hæc pendeat ex iure Ecclesiastico. Inde adhuc Rebellius loco cit. ex Nuarro cap. 21. n. 41. impedimentum cognitionis legalis non procedere inter adoptuum & filiam naturalem adoptantis, si sit illegitima, quod est valde notandum. Possunt igitur supradicti sine villa prauia dispensatione matrimonium inire, cum nullo humano iure, ut dictum est, matrimonium inter eos iritum sit, quia quæ iura pronunciantur iritum fratris adoptui cum adoptua sorore coniugium, loquuntur de adoptua sorore quæ simul est pars adoptantis naturalis filia, vel si sit adoptua tantum, de fratre adoptito, qui sit adoptantis naturalis filius.

### RESOL. CCLIII.

*An mater post transfusum ad secundas nuptias primetur educatione filiorum?*  
Et notatur, quod si maritus uxorem T. utrīcum filiorum relinguat, exprimens etiam, si ad secundas nuptias trasferat, non amittere tuselam, neque iudicis officio ab ea expelli possit? Sed superest difficultas, cum mater secundo nubens amittat filiorum tuselam ipso iure, etiam in conscientia, quaritur, an sufficiat ad hanc pñnam incurvendam matrimonium ratum esse, tamē tñ consummatum non sit? Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 12.

§. 1. **D**e hoc casu olim Panormi interrogatus fui, cum D. Ioanne Branforti viduus Comitis Mazarini, inter Matrimonium cum D. Francisco de Vigintimilli Marchione Hieracensi. Et ad quæstionem negatiū responder Sanchez lib. 7. disp. 88. n. 17. putat enim non excludi præcisè hanc matrem à proli pupillæ educatione, sed solum præsumptionem iuris esse contra illam, quod suspecta sit, atque adeo in dubio standum esse hac præsumptione; & excludendum eam ab educatione, posse tamen iis conscientiæ honestæ vitæ matris, ac vitri, præsumptione hanc infirmari, ut educatio matris non deneganda sit, quare arbitrio iudicis committi, an mater in hac educatione præferenda alii sit. Ducot ex leg. 1. Cod. vbi Pupilli educari debeant, vbi Textus prius tradit hanc regulam generalem. Pupilli educatio nulli potius quam matri committenda est. Vbi manifestum esse sermonem de matre vidua indicat limitatio statim ibi adiuncta;